



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 20. Columnæ Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

xisset: insuper ejusdem suppellec diven- Sæcul. XVI.  
debatur, ut Bononiensibus ablata reddi A.C. 1508.  
possent. Subinde vero Papa miseratio-  
ne motus, temperato nonnihil carceris  
squalore eundem in cœnobio S. Onuphrii  
honestiori custodiæ mancipari jussit, con-  
cessa itidem facultate, ut ad Recineten-  
sem Cardinalem sese recipere valeret, ubi  
etiam die decima tertia Julii præ nimio  
dolore consumptus est.

## §. XX.

*Columnæ Cardinalis extrema.*

Alter erat Joannes Columna, Martini V. Ciacon. ib.  
Nepos Antonii Principis Salernitani Gniſſ. hist.  
Filius, ac Fabricii, & Prosperi Bellidu- lib. 1.  
cum generosissimorum frater. Is die Paul. Jov.  
decima quinta Maji Anno Domini mille- lib. 3.  
simo quadringentesimo octogesimo a Six- Onuphr.  
to IV. purpura decorabatur, verum Aubery,  
paulo post ab eodem Papa moto in Fer- Spond.  
dinandum Neapolis Regem bello, cuius  
partibus adhæserat, comprehendi jube-  
batur, ubi vitæ suæ discrimin subiisset,  
nisi pace conciliata, ex arce S. Angeli,  
in qua plusquam integrum annum ca-  
ptivus detinebatur, liber evasisset: De-  
mum vero multis præclare gestis, quo-  
rum suo loco mentionem ingeffimus, Ro-  
mæ diei vigesima sexta Septembbris e vi-  
ta migravit, annos natus quinquaginta

B 5 &amp;

Sæcul. XVI. & unum : sepultus est in Ecclesia SS.  
A.C. 1508. duodecim Apostolorum, ubi hodie  
eiusdem sepulchralis inscriptio legitur.

## §. XXI.

*Trivultii, Trimollii, & Francioti  
de Ruvere Cardinalium  
fata.*

Raynald. hoc ann. n. 24.  
Ciacon. l. c. **T**ertius inter Purpuratos, qui mortali-  
tatem exuerunt, erat Antonius Tri-  
vultius Petri Trivultii filius, ac Theodori  
Franciæ Marescalli frater, qui primo Ro-  
tæ Romanæ Auditor, postea Anno sa-  
lutis millesimo quadringentesimo octoge-  
simo septimo Comensis Episcopus nomi-  
nabatur. Hic jussu Joannis Galeatii Me-  
diolanensis Ducis, cui a secretis erat, O-  
ratoris munere primum apud Venetos,  
dein apud Neapolitanos functus est, ac  
regiam inde Sponsam Isabellam Arrago-  
niam Ferdinandi Regis Neptem Medio-  
lanum deduxit : postquam vero Galli  
Mediolanum occupaverant, ipse eorum  
partes secutus, ad preces Galliarum Re-  
gis ab Alexandro VI. summo Pontifice  
Anno Christi millesimo quingentesimo  
Cardinalium Senatui adscriptus fuit.  
Die vero decima octava Martii annos na-  
tus quinquaginta & unum ex nimio  
animi dolore, quem ob Ludovici Trivul-  
tii fratris sui in ætatis flore defuncti obi-  
tum